

# Nova literaria

Autor(en): **[s.n.]**

Objekttyp: **BookReview**

Zeitschrift: **Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum**

Band (Jahr): - **(1750)**

Heft 18

PDF erstellt am: **27.06.2024**

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

# NOVA LITERARIA.

TURICUM. *Heideggerus* & Socii hos fere ex Officina sua in publicum exire voluerunt Libros:

a. Freundschaftliche Lehren. Aus dem Französischen übersetzt. Zürich. 8. 1749. Debe-  
mus hanc translationem utilissimi & ad vitam for-  
mandam ac regendam accommodatissimi Libelli,  
studio nobilissimi Viri, qui publice prodesse,  
quam inclarescere mavult.

b. Johann Georg Altmanns / Ordentlichen  
Lehrers der Griechischen Sprache und der Sitten-  
Lehre, Heilige Reden, bey verschiedenen Gelegen-  
heiten vorgetragen, in der Grossen-Münster-Kir-  
chen zu Bern. Fünfter Theil. Zürich. 1749.  
8. pl. 18. Hæc Sectio complectitur Decadem  
Sermonum sacrorum, quorum argumenta hujus-  
modi sunt: 1.) Die Grösse und Herrlichkeit Got-  
tes, und die Nichtigkeit der Menschen. Esaj. XL:  
15. 2.) Die Auferwekung Lazari. Job. XI:  
44. 16. 3.) Die Erde der Welt. Matth. XIII:  
39. 42. 4.) Die Bemühungen eines Christen,  
sein Gewissen unbefleckt zu bewahren. Geschicht. der  
Ap. XXIV. 16. 5.) Die Wirkungen der Gna-  
de in dem Herzen der Maria, als Jhro der Engel  
die Geburth Jesu verkündiget. Luc. I: 46. 6.)  
Das wahrhafte Bild des natürlichen Menschen.  
Esaj. I: 6. 7.) Die Absicht Gottes bey Erwei-  
sung leiblicher und geistlicher Gutthaten. Röm. II:  
4. 8.) Der Schrecken der Kinder des Unglaubens  
bey der Verkündigung der Geburth Jesu. Matth.  
X 5 II:



II: 1. 2. 3. 9.) Die Pflicht der Menschen bey dem Ungedenken der Gutthaten Gottes. I. Buch Sam. VII: 12. 12.) Die Straffe und Qual der Verdammten. Luc. XI: 24.

c. Die Krankheit und Wunden Zions in Betrachtung der allgemeinen Vergessenheit der Pflichten des Heils: Aus dem Exempel des alten Babels gezeigt über Jerem. LI: 9. vorgetragen bey ansehnlicher Versammlung einer zahlreichen Gemeinde auf das allgemeine Bätt, Fast, Buß, und Dank-sagungs-Fest, Donnerstag den 11. Herbstm. 1749. Zürich. in 4. pl. 4½.

d. Joh. Friederich Stapfers/ Predigers des G. W. Grundlegung zur wahren Religion. VII. Theil. Zürich. in 8. 1750. pl. 48. Pars isthæc laudatissimi Operis exponit reliqua de officiis Mediatoris ex Cap. XVI. dein per Cap. XVII. argumentum illud de diversis, quos subiit dulciss. Soter, Statibus uberrime & copiosissime persequitur Auctor Clarissimus, qui nuperrime *Diesbacens* Ecclesiæ cum lautissimis stipendiis est præfectus.

e. Dedit quoque *Heideggerus* Opus non splendore magis suo, quam subtili & exquisita in genere antiquario doctrina commendabile, ita inscriptum: J. CASP. HAGENBUCHII de Diptycho Brixiano Boethii Consulis Epistola Epigraphica. Auspiciis, Jussu & Sumtibus Principis Eminentissimi ANGELI MARIE Tit. S. Marci Cardinalis QUIRINI, summi Bibliothecæ Vaticanæ Præfecti, Episcopi Brixiani. cer. edita cum æneis Tabulis. fol. Turici. 1749.

f. Aus.

f. Auszug der Historie alter Zeiten und Völker des Herrn Rollin/ aus dem Französischen des Herrn Abbt's Tailhie übersezt. Erster Theil. Zürich. 1750. pl. 31. Opusculum Adolescentibus studiosis maxime commendandum: cui Translatio hæc germanica novam aliquam gratiam conciliare videtur.

g. Geschichte der Staats-Veränderungen in der Römischen Republik, aus dem Französischen des Herrn Abts von Vertot übersezt: Nebst der Lebens-Beschreibung des Verfassers. Ister Theil. Zürich. 1750. in 8. pl. 28. Hos Commentarios de Reip. Rom. vicissitudinibus tanta arte esse conscriptos, ut eorum Lectio non tantum legentis studium acuere & jucunde retinere, sed fervidioribus etiam ingeniis Fanaticismum aliquem politicum inspirare possit, compertum habemus.

b. Splendidam quoque editionem Carminum Illustris HALLERI, multis nominibus longe præferendam nobis procuravit Heideggerus; sub hoc titulo: Gedichte des Herrn von Haller. Sechste Auflage. Mit der Französischen Uebersetzung und den verschiedenen Les-Arten aller vorigen Ausgaben vermehrt. Zürich. 1750. in 8. grandioris formæ. Possunt etiam seorsim haberi tum Editio germanica, omnes omnium superiorum Editionum titulos & lectiones præferens: tum Gallica translatio elegantissima, multo nunc castigatior, quam Gœttingæ primum prodierat, posterioribus curis reddita.

II. Gesnerianum prælum reliquit: Heilige Bibel-Uebung, oder deutliche und gründliche in Fragen  
gen



gen und Antworten abgefassete Erklärung und Zu-  
 eignung der Geschlechtern der H. Aposteln, zur Be-  
 förderung des Wachsthums in der Gnade und Er-  
 kanntnuß unsers Herren und Heilandes Jesu Chri-  
 sti, in Druck überlassen von Hans Conrad Wirz/  
 Pfarrer und des Stifts zum Grossen Münster.  
 Zweyter Theil, in sich begreifend die XVI. letzten  
 Capitel. 1750. in 8. pl. 82. Ratio harum  
 Catechetiarum Commentationum jam a multis  
 annis ex iis, quæ in S. Marci, S. Lucæ & S. Joannis  
 Evangelia prostant, ejusdem Auctoris Venerabilis  
 lucubrationibus, ita cognita atque perspecta est,  
 ut pluribus eam velle explicare, esset Soli lucem ac-  
 cendere: eadem, quæ se hactenus & Docentibus & di-  
 scipulis magnopere probavit, methodo conscriptæ  
 sunt etiam hæ Institutiones catechetico . biblicæ;  
 nisi quod forte paululum copiosiores & luculenti-  
 ores sunt superioribus. Quis non miretur Virum  
 gravissimi muneris occupationibus districtum, apud  
 quem diu noctuque excubat ἡ μέριμνα πασῶν τῶν  
 ἐκκλησιῶν, tot tantaque ad illustrandam eruditio-  
 nem salutarem & biblicam præstare posse.

III. Novissime cura *Huldr. Denzleri* in lucem  
 prodiit Viri Amplissimi JO. JACOBI LEO *Allge-  
 meines, Helvetisches, Eydanoßsches oder Schwei-  
 zerisches* Lexicon. IVter Theil. BI - CA.

IV. I. Aurelianis typis exscripta est: Disser-  
 tatio *Metaphysica* qua realis Mundi corporei Existen-  
 tia contra Idealistas defenditur: quam sub Præsidio V.  
 Cl. DAVIDIS LAVATERI, *Philos. Prof. O. pro*  
 conse-

consequendo Examine philosophico defenderunt  
IV. Candidati. Turici. in 4. pl. 2.

2. Recentes e prælo Aureliano prodierunt :  
Joh. Jacob Ulrichs / weyland Predigers am  
Wänsen-Haus und öffentlicher Lehrers der Sitten-  
Lehre und des Natur, Rechts, zehen auserlesene  
Predigten über wichtige Heils, Wahrheiten, wel-  
che bey Fest, und anderen Anlässen gehalten wor-  
den; Nebst zweyen heiligen Pfingst-Reden von J.  
Jacob Ulrich / J. Fil. Professor der Hebräischen  
Sprache. Zürich. 1750. in 4. pl. 34.

Quanta olim fuerit beati HULDRICI in tradendis  
pro concione populi Christiani Veritatibus Doctri-  
næ cœlestis vis atque facultas dicendi, nemini po-  
test esse obscurum, qui vel unicum ejus ex magno  
numero, quos per volumina distributos publicæ  
luci permittere voluit, Sermonem vel legit, vel  
audivit: vel quis ignorare potest, non esse aliud  
Exemplum Oratoris sacri, quod libentius ad imi-  
tandum sibi proponant, qui aliqua dicendi laude  
capiuntur; adeo ut non verecundentur quidam,  
quæ felicitate memoriæ ex *Huldrici* nostri Libris  
hausta ac publice non sine fructu recitata placue-  
runt, pro suis deinceps venditare ac bibliographis  
denuo exscribenda tradere. Id unum ergo nobis  
relictum est, ut argumenta horum Sermonum  
breviter indicemus: 1.) Die Wolken, und Feuer-  
Säul, ein Vorbild auf Christum. 2. B. Mose  
XIII: 21. 22. 2.) Die rotthe Kuh, ein Vorbild  
des gekreuzigten Jesu. 4. B. Mose XIX: 1. 13.  
3.) Der zum Brand-Opfer bestimmte Isaac, ein  
lebendiges Bild des für uns geschlachteten Lammes  
Gottes, 1. B. Mose XXII: 1. 14. 4.) Der  
vom



X

vom Tode errettete Isaac, ein Vorbild so wol des vom Tod erlöseten und auferstandenen Jesu; als auch der zwar Todes-würdigen, aber erretteten Sündern. 1. B. Mose XVII: 1. 14. 5.) Die auf Jesum und seinen theuren Verdienst gegründete und versicherte Seligkeit der auserwehlten Kindern Gottes. Röm. VIII: 33. 34. 6.) Die Anbetung Gottes im Geist und in der Wahrheit, als der Gott einig gefällige Dienst. Joh. IV: 24. 7.) Die dem Schein nach lebende, aber in der That todte Kirche zu Sardis. Offenb. III: 1. 6. 8.) Der nach seiner Himmelfahrt mit seinem Geist alles erfüllende und seiner Kirchen Hirten und Lehrer verordnende Jesus: Betrachtet als der einige Helfer und Erretter des verdorbenen Sardis unserer Tagen. Offenb. III: 1. 6. 9.) Der herrliche Gnaden-Lohn der Ueberwindern. Offenb. III: 1. 6. 10.) Die Nichtigkeit und Lohrheit der Korn- und Most-Freude der Kindern dieser Welt, in einem Gegensatz gegen die weise und beständige Freude der Kindern Gottes in dem Licht des göttlichen Angesichtes. Psalm. IV: 7. 8. 9. Quæ sequuntur duæ postremæ meditationes sacræ auctorem agnoscunt b. *Huldrici* Filium, ejusdem prænominis, Virum Clarissimum, *Linguae Hebraeæ Professore* rem, qui ex Vener. Parentis consilio in curanda hac editione pium officium præstitit: Prior seu II.) ita inscribitur: Der nach seiner Erhöhung von der Erden seine Gläubigen zu sich ziebende Heiland: Oder die wahre Natur des göttlichen Gnaden-Zugs, und die selbigem entsprechende Gläubige. Joh. XII: 32. Alter ceu 12.) Die sich durch beständige Lobpreisung Gottes äussernde Geistes-Fülle wahrer Gläubiger. Ephes. V: 19. Scilic. quum



quum an. 1731. & 1732. *Miscellaneorum Sermonum Dodecades* prodierint, hoc quoque Volumen pari numero constare voluit Clariss. Editor, ac propterea de suo supplevit.

2. Vir plur. Reverendus J. ROD. ZIEGLERUS, *Scholæ Carol. Provisor*, pro suo in rem Christianam promovendam studio duplici forma nobis dedit novam, eamque passim secundis curis castigatam & auctam, editionem Catechismi Tigur. ad praxin vitæ revocati, cui subjunguntur nova Carmina ad doctrinam Catechetica accomodata sub titulo: **Die Wirksamkeit des Glaubens fürgestellt in den Nutzenwendungen des ganzen Christlichen Catechismi: Samt einem neuen Catechismus, Gesang mit Fleiß übersehen und verbessert.** Libellus hoc nomine commendandus, quod Catechetica Institutionem ad salutem promovendam utilem reddere potest.

V. Apud Byrcklinum prostat: **THEOLOGIA CATECHETICA**, oder Lehre der Wahrheit, die da ist nach der Gottseligkeit in Frag und Antwort dargestellt, wie zur Beförderung des rechtschaffenen Wesens in Jesu Christo; also auch zur Zerstörung der im Schwang gebenden Heuchelen und Gottlosigkeit, aufgesetzt von Johann Heinrich Gottinger / Theol. Prof. O. und Pfarrer in Heidelberg. 1750. in 8. pl. 18. In hoc Libello Catechetico, ut studiis adolescentum melius inviretur, ea quæ in minore Catechismo sub titulo: **Leichte und gesunde Kinder-Speiß**, aliquoties antea edito brevius tradita sunt, nunc uberius declaratur, & pluribus argumentis confirmantur, aliæque quæ huic ætati magis conveniunt adjiciuntur.

Prudenter



Prudenter tamen Quæstiones omnes curiosæ & difficiles, quæ nullum ad pietatis incrementum, vel ad fovendum amorem Christianum usum præstant, ab hac institutione Catechetica excluduntur; de qua Prudentia ecclesiastica Clariss. Auctor in Præfatione huic Libello præmissa pluribus agit, atque inter alia Simpliciter in hoc negotio his verbis commendat: Unter den Ränken des Satans, in heutigen Zeiten, mag man wol rechnen, daß er die Lehrer unter einander reizet, viele hohe, curiose, dunkle, schädliche oder doch unnütze Sachen und Streit-Fragen zu verhandlen, weitläufftig auszuführen, mit grossem Eifer davon und dagegen zu streiten, die Ohren und Gemüther der Zuhörer, selbst der Einfältigen und Kindern, damit zu beschwehren, und in gleiches Feuer zu bringen, um dardurch zu vergessen, oder doch nicht, wie es erfodert wird, nachdrücklich zu lehren und auf das Gewissen zu legen die heilsame und heilende Lehre Jesu Christi, von der Sinnes-Änderung und ihrer wahren Natur, vom lebendigen und thätigen Glauben, vom Gottes-Dienst im Geist und in der Wahrheit. Buß, Glauben und Liebe, darinnen allein unser Heil bestehet, leiden Schaden. Hingegen oben erzehlte Fragen werden nicht verstanden, oder so sie ja von einigen sollten verstanden werden, bringen sie der Seele keinen Nutzen zu ihrem Heil. Die Klugheit eines Evangelischen Lehrers fodert deswegen, solche Puncten nicht zu berühren, in Ansehung derselbigen wie ein Tauber und Stummer zu seyn, um seines Zwecks nicht zu verfehlen. Tractantur autem in hoc Libello: 1.) Von der wahren Religion. 2.) Von der H. Schrift. 3.) Von Gott, seinen Vollkommenheiten,

ten, Tugenden, dem Geheimniß der Dreieinig-  
keit. 4.) Von den Werken Gottes. 5.) Von  
Jesu Christo, seiner Person, Ständen und Mem-  
tern. 6.) Von dem H. Geist und seinen Wirkun-  
gen. 7.) Von den H. Sacramenten. 8.) Von  
der Seligmachung. 9.) Von der Sünde, deren  
Häßlichkeit, Ursprung, Wirkung in dem Men-  
schen, verschiedenen Gattungen und Straffen. 10.)  
Von dem Absterben der Sünde, und Auferstehung  
des neuen Menschen. 11.) Von den guten Wer-  
ken insgemein. 12.) Von den Pflichten gegen  
Gott. 13.) Von den Pflichten gegen den Näch-  
sten. 14.) Von den Pflichten gegen sich selbst.

Quandoquidem vero Venerandus hujus Libelli  
Auctor superiore mense Aprili h. a. e vivis ad be-  
atas Sedes translatus est, non ingratum erit Lecto-  
ribus, si brevem Vitæ Sciagraphiam hic adtexue-  
ro:

Natus Is est Tiguri nonis Novembribus, Anno  
Seculi superioris, post octogesimum primo; Pa-  
tremque habuit, JOANNEM HENRICUM HOT-  
TINGERUM, Professorem Linguarum Orientalium,  
itidem Tigurinum, Matremque Matronam ornatissi-  
mam, ELISABETHAM, natam GROBIAM, e  
Ditione Toggenburgica oriundam. Avus Illi fuit JO-  
ANNES itidem HENRICUS HOTTINGERUS co-  
gnominatus, quem non tantum ingenii doctrinæ-  
que monumenta, cedro quippe digna, sed & di-  
gnitatum ornamenta illustrarunt, prætereaque fata  
plane singularia cognitum, atque memorandum  
reddiderunt. Quam vero habuit Aviam, Eam no-  
bilitavit florentissima Huldricorum, cui suam de-  
buit originem, Familia. His ortus cum Parenti-  
bus, tum Majoribus, Anno laudati Seculi nonage-



simo quinto, postquam Collegium Humanitatis Tigurinum ingressus fuisset, octavo, qui sequebatur, proventus ad subsellia fuit Academica, Præceptoresque tum habuit in linguis, Viros doctissimos, *Bulodium, Cramerum, Lavaterum, Ottium, Suicerum & Hoffmeisterum*, in Philosophicis vero, Doctores pariter egregios, *Joannem de Muro alto, Salomonem Hottingerum, Rodolphum Ottium & Jacobum Lavaterum*. Theologicarum autem rerum notitiam, *Joanni Caspary Wolphio*, nec non *Joanni Jacobo Hottingero* debuit, acceptamque tulit, habitisque domi disputationibus & examine, quod ibidem eodem tempore subiit, peracto, se ad iter literarium accinxit, *Genevamque* primum, & postea *Marburgum* se contulit, ibique clarissimum *Otho- nem*, qui linguas tradebat Orientales, atque Celebrerrimos Universitatis, quæ illic est *Cattorum*, Theologos, *Thomam Gauterium, & Ludovicum Christianum Miegium* audivit. Musis autem *Marburgensibus* valere jussis, *Belgium* versus cursum direxit, *Amstelodamumque* petiit, ubi, postquam ap- pulisset, totum Talmudico se studio consecravit, ibidemque *Rabbinum Gemaricis* in literis præ cæteris versatum, multo conduxit ære, cujus etiam sub ductu, totum tractatum הנגה cum *Rabbinorum* annotationibus in Talmude Babylonio, quod dicitur, occurrentibus, latine transtulit, & quæ singularis erat *Ilius* felicitas, eruditus fuit a Celebrerrimo *Wilhelmo Surenhusio*, qui hoc ipso tempore cum in vertendo, tum in edendo *Mischnico*, quod adornabat, opere occupatus erat. Hinc vero *Leidam* progressus fuit, ibique sex intra septimanas, suas exercitationes de *incestu, Creationis, & Currus*, opere ventilandas proposuit, & postea, titulo

titulo *Gemarici Discursus* insignitas Ao. 1704. jun-  
 ctim prodire iussit, laborisque sui laudatissime  
 collocati, præmium insigne consecutus fuit, cum  
 in literaria *Marburgensium* Civitate, non modo  
 publice docendi potestas *Ei* fieret, verum etiam  
 extraordinaria primum, & ordinaria postmodum  
 Professio *Judaicarum Antiquitatum* conferretur. Qua-  
 re, tametsi postea *Bipontum* vocatus esset, ut ibi  
 Theologiam traderet, Cœtibusque *Bipontinis* sibi  
 concreditis præesset, & a *Consiliis* Ecclesiæ Duca-  
 tus hujusce foret, *Marburgi* tamen manere decre-  
 vit, ubi posteaquam Ao. 1710. Cathedram Theo-  
 logicam conscendere iussus, ad annum usque Se-  
 culi, quod agimus, decimum septimum, eam-  
 dem tenuisset, cepissetque postea consilium, satis  
 ita volentibus, vitæ, quod ipsi reliquum futu-  
 rum esset, privatim transigendæ, accidit, ut Mo-  
 deratrice rerum humanarum, *Cœlesti Providentiâ*,  
*Franckenthalensem* Ecclesiam gubernante, Pastor pri-  
 marius unanimi suffragio eligeretur, cui muneri  
 etiam ad Annum supra mille ac septingentos, vi-  
 cesimum usque tertium, laudatissime præfuit. Hoc  
 enim Anno, hac in Universitate constitutus *Theolo-*  
*giæ Professor*, & præterea *Gregi Reformatorum Ecclesi-*  
*astico Petrino* pascendo datus fuit, satisque functo  
 Celeberrimo, beatæque Memoriz *Miegio*, in Ca-  
 thedra Theologica successit, binis autem vicibus,  
 Anno nimirum 1736. posteaque 1748. *Rectoris*  
*Academici* dignitate potitus, cuncta quæ Regimen  
 spectabant literarium, singulari cum prudentia,  
 tum Animi æquitate moderatus est & gubernavit;  
 dumque viveret, nullo non tempore tam præcla-  
 ra pietatis, probitatis, mansuetudinis, modestiæ, mo-  
 derationis, præterea Candoris, studique pacis, & er-



ga pauperes *amoris*, aliarumque *virtutum* immortalis memoria dignissimarum, documenta dedit, ut de iis tacere præstet, quam pauca dicere. *Matrimonium* vero prima vice contraxit An. 1705. quippe quo Summi Theologi *Marburgensis*, *Reinholdi Pauli*, laudatissimam duxit Filiam *Adelheidem Ursulam*, quæ duos ei *Natos*, quatuorque *Natas* peperit, e quibus unus solum adhuc *Natus*, *Nataque* pariter una superstes est, *Nepotes* autem aliquot etiam nunc in vivis agunt. Secunda vero vice sibi junxit, quæ *Maritum* modo luget amissum, *Annam Felicitatem*, Præfecti Tabulario Senatus Ecclesiastici, *Petri Jardin*, Viduam, qua cum per annos 15. & menses aliquot nunc pie Defuncto vivere contigit. Dies autem mensis hujusce septimus, postremus *Ei* fuit. Ex quo enim novissimo *Paschatis* die festo primo verba publice fecit, atque diem ad alterum se præparavit, ut eodem suas obiret partes, nocte priorem diem insecuta correptus est frigore, quod febrilis excepit æstus, quem Catarrhalis maligna febris, seque jungens illi tanta virium prostratio comitata fuit, ut mox apparuerit, *Ipseque* senserit, optatum adesse tempus ἀναλύσεως, quod jam pridem antea cogitarat assidue, crebroque tam publice, quam privatim semet opperiri, liquido satis prodiderat, memorati supra diei, prima post mediam noctem hora, cum somno, sed quieto, placidoque se dedisset, postquam momentis adhuc aliquot anima spirasset sua, tranquillus exspiravit, *annosque natus sexaginta & octo, quinque menses, binosque dies* vivere desit.

BERNA. Heic ex Illustr. Reip. Officina prodit: J. GEORG. ALTMANNI, *Ling. Græc. in Acad.*

*Acad. Bernens. Prof.* Exercitatio historico-critica de Tesseris Badæ Helvetiorum erutis. Bernæ. 1750. in 4. pl. 7.

2. Disertatio de Generatione ex Aqua & Spiritu ad Loc. Joh. III. v. 5. quam sub Præsidio Viri Clarissimi JO. JACOBI SALCHLINI, *Theol. Prof. primarii*, amicorum Examini submitit J. RODOLPH. ERNST, Bernas, Auctor. 1750. in 4. pl. 6. Equidem hæc Disertatio multa eruditione est referta, atque hanc oraculo Domini subesse mentem doctissimus Auctor admodum probabile reddit: „ Putas equidem, o Nicodeme! „ te ritualibus Lustrationibus ita esse purificatum, „ ut ad Regenerationem nil tibi desit ultra: Sed „ magnopere a vero aberras, qui externo Sym- „ bolo, quod per se inefficax est, tantam virtu- „ tem tribuis. Quin ego edico tibi, & jam di- „ xi, *de novo oportere hominem nasci*, qui membrum „ se fore speret in futuro Messiaë regno: sed non „ ex aqua sola, uti quidem te regeneratum esse „ scio: huic enim vis regenerandi nonnisi typice „ convenit & emblematicæ. [vid. Hebr. IX: 13.] „ Quare de nova potius generatione, quæ ex *Spi- „ ritu* fit, & per illam ex *aqua* adumbratur, esto „ sollicitus. Hoc nisi fiat, & ablutio carnis ab- „ lutionem Spiritus, Signum rem signatam habe- „ at adjunctam, frustra est omnis tua regeneratio. „ *Spiritus* enim est, non aqua, per quem istud „ bonum, quod indico, homini contingit. „

F I N I S.

\*

\*

\*



Acta Bernensia, Pro Exercitio Historiae criticae de  
Theoriae Badae Helvetiorum erudis. Bernae. 1790.  
in 4. pl. 7.

2. Disertatio de Generatione ex Aqua & Spiritu  
sacrae Theologiae Joh. III. 7. quae sub Praesidio  
Viri Clarissimi JO. JACOBI SALICII, Theol.  
Prof. vniuersitatis, summi Examinis submittitur. J. R. O.  
D. D. ERNST, Bernae, Auctor. 1790. in  
4. pl. 8. Eadem haec Disertatio nunc est  
dilectis est relecta, atque haec oracula Domini  
subesse memini doctissimus Auctor admodum  
probabiliter reddidit. Quae epistola, o Nicodemus,  
de deo, de substantia substantiae, de esse, de existentia,  
de ad Regenerationem in tibi dicitur: Sed  
magnopere a vero abhorret, qui ex uno Spiritu  
solum, quod per se inefficax est, tantum vult  
tam tribuere. Quia ego scio tibi, et iam di-  
xi, de vero Spiritu Bernensium, qui mandatum  
se fore spiritus in mundo habere: Sed non  
ex aqua sola, nec puerum te regenerationem esse  
scio. Haec enim vis regenerationis non nisi Spiritus  
conuenit & substantia. (Sed. Hebr. 12: 13.)  
Quare de noua potius generatione, prae ex  
vno Spiritu, & per illam ex aqua eductam, alio  
solicite. Non enim haec, & aliquid tantum est  
facionem spiritus, signum rem signam habet  
et adiungant, sicut est omnis tua regeneratio,  
Spiritus enim est, non aqua, per quam illud  
bonum, quod indico, homini conuenit.

F I N I S